

nia, hydrix, lagenæ, malluua, patinæ, vr-
gæ, luteræ, menſæ, candelabra, lampades,
forſipes, fuſcinolæ, thuribula, ſimpulla,
aut alia huiusmodi. Horum aut ſimilium
vaſorum pars fuit in Babyloniam aſpor-
tata. De vaſorum ſignificationibus vide
Hieronymum in Eſaiam 11. & 66. Iſchiu
in Leuiticum 11. Hilarium in Marthæum
canone 27. Caſſianum lib. 2. cap. 3. Augu-
ſt. lib. 2. de doctrina Chriſtiana, Cyrillum
de adoratione in Spiritum Sanctum, Ba-
ſilium in pſalmum ſeptimum.

Hieron.
Iſchius
Hilari-
Caſſia.
Auguſt.
Cyrill.
Baſil.

¶ *Et aſportauit ea.* Nimirum vaſa. Sed
quoniam ſtatim ſequitur: Et vaſa intulit
in domum theſauri Dei ſui, quaſi de re-
bus aliis loquens, non deſt, qui exiſti-
met, particulam, ea, referri ad regem, &
ad alios captiuos. At vt vtrunque poteſt ad
vaſa referri: nam primo obtulit ea Deo
ſuo in templo, poſtea iuſſit ea in domo
theſauri templi ſeruari. Vel accipitur, &
pro id eſt, vt vnum ſit explanatio alterius.
Poteſt particula, &, accipi pro quia, vt ſit
ſenſus: Eam ob cauſam dico eum vaſa il-
la poſuiſſe in templo, quia poſuerat ea in
domo theſauri Dei ſui. Accipi particulam,
&, pro quia indicat verus ille pſalmi 59.

Pſal. 99.

Da nobis auxilium de tribulatione, & vana
ſalus hominis. Pro quo nonnulli codi-
ces habent: quia vana ſalus hominis. Et
Eſaias capite 64. Tu iratus es, & peccauim-
us. Et illud Eliſabethæ apud Lucam ca-
pite 1. Benedicta tu inter mulieres, & ben-
dictus fructus ventris tui. Ita locum il-
lud Theophilaſtus interpretatur. Ita il-
lud intelligitur apud eundem Lucam ca-
pite 2. Gloria in aliſſimis Deo, & in terra
pax hominibus. Sed dices fortaiſſe: Cur
peccantibus hominibus vaſa Deo dicata
fuerunt tradita impijs Babylonij? Quid
mali fecerunt vaſa illa? Forſitam illud ob
eam cauſam permifit Deus, vt intelligen-
rent Iudej, eum nulla eorum re priorius
indigere. Non enim vt egens accipit, quæ
ſibi ab hominibus offeruntur, ſed vt eo-
rum voluntates & officia remuneret. Vol-
luit perſuadere Iudejs eorum ſacrificia
accepſſe, vt ſe eorum imbecillitati acco-
modaret, in eoſque beneficia ampliffima
conferret. At poſtquam illi ſe intolerãdis

Eſai. 64.
Luc. 1.

Theop.
Luc. 2.

ſagitij contaminarunt, permifit, vt vaſa
templi ab impijs Babylonij vaperentur,
innuens, quò ad vitia non eſſe inter eos
& Iudeos diſcrimen, cum æque vtrique
ſe in ſtigitia ingurgitarent. Itaque profuit
illa vaſorum ablatio Iudejs, vt & Deum,
& ſeipſos agnoſcerent. Babylonij etiam
vtilitatem attulit, vt vaſorum diuino cul-
tu dedicatorum virtutem intelligerent.
Quandiu enim ea habuerunt in honore,
& ad humanos vſus nõ adhibuerunt, nul-
lo fuerunt exitio oppreſſi. At vbi Baltaſſar
Rex illis auſus eſt in profano conuiuio
vri, ſtatim fuit à Deo punitus: atque ſuis
ſceleribus debitas poenas perſoluit: ſuoq;
ſupplicio docuit, quantus honor illis de-
beretur. Hoc itidem euenit circa arcam
fœderis a barbaris Philiſthæis in prælio ca-
piã. Qua in re oſtendere Deus voluit, non
eſſe ſibi opus illa, ſed Hebræis: ac quia per-
uertebant fundamẽta iuſtitiæ, & iura diuina
& humana violabant, arcam illam tes-
timonij non mereri. Sed ne gentes illæ
Palæſtinæ falſorum Deorum quod ſu-
perbia claræ gloriarentur, culdæ de arca
Dei triumphanteſſe, effecit Deus, vt dolu
earum Dagon ante arcam cadens contereretur,
& ipſæ ſupplicio afficerentur, do-
nec eam redderent, & munera diuinam
caſtigationem teſtancia Deo dicarent, &
ita vim illius arcæ ſentirent. Aſpicias igitur
& vaſorum & arcæ aſportationem Iu-
dæis & gentibus vtilitatem attuliſſe.

Dani. 5.

1. Re. 4.

1. Re. 5.
1. Re. 6.

¶ *In terram Sennaar.* Sennaar regio eſt
Babylonij, in qua regnavit Nemrod, vt
in libro Geneſis memoriæ proditum eſt.
Eius meminit Eſaias capite 11. Facit de
illa mentionem Berofus libro 4. de anti-
quitatibus orbis, & Ioſephus 1. de antiqui-
tatibus Iudaicis, & Heſtiazus hiftoricus,
quem citat Hieronymus de locis Hebrai-
cis, & Petrus Comefeſtor in hiftoria eccle-
ſiaſtica. Sennaar authore Hieronymo idẽ
eſt quod fœtor eorum. Inter Babylonios
inanium deorum cultores, in eorum fœ-
tore ſunt vaſa ſancta, hoc eſt nonnulla do-
cumenta philoſophica ſalutaria, in eorũ
libris contenta, quæ ex illis de promere de-
bemus. Pythagoras iuſtitiæ æquitatem en-
ferens dixit ſtateram non eſſe tranſilen-
dam,

Gen. 10
Eſai. 11.
Berofus
Ioſeph.
Heſtia.
Hieron.
Comefeſ.
Hieron.